

litteras progenitorum nostrorum Regum videlicet et Ducum, non rasas, non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, vidisse et diligenter examinari fecisse quarum Tenores subscribuntur in hec verba, B. dei gracia Dux sweorum Omnibus Attundaland intrabitantibus &c. *Se N:o 391.* W. dei gracia, Rex sweorum Vniuersis Attundaland inhabitantibus &c. *Se N:o 394.* W. dei gracia Rex sweorum, vniuersis Tyundaland inhabitantibus &c. *Se N:o 392.* W. dei gracia Rex sweorum, vniuersis fiædhrundaland inhabitantibus &c. *Se N:o 393.* Omnibus presentes litteras inspecturis. MAGNUS &c. *Se N:o 669.* Nos igitur predictas litteras in omni ipsarum parte ratas et firmas, perpetuis temporibus habentes ipsas ratificamus et ratas fore ostendimus, litteris robur perpetuum auctoritate presencium tribuentes memoratis. *JN* Cuius rei Testimonium sigillum nostrum maius presentibus est appensum. Datum stokholmis Anno Domini. Millesimo. CCC°. quinto. *JN* Die beatorum petri et pauli apostolorum.

Sigillet skadadt, hängande på svarta, hvita, röda och gröna silkestrådar.

1472.

1305 d. 29 Juni.

Stockholm.

Konung BIRGERS öppna Bref till invånarne i Upsala stift, med stadfästelse på Upsala Domkyrkas och dess Prelaters rättighet till så kallade fattigtionden, hvars utgörande år 1299 blifvit förbudet, inom de tre Folkländerna, intill dess undersökning kunnat ske, med hvad rätt kyrkan upptagit denna tionde, och Svenska Folkets tanka häröfver blifvit inhemtad.

A. 3. a *).

BYRGERUS dei gracia sueorum gothorum que rex Omnibus archiepiscopatum vpsalensem inhabitantibus. *JN* domino gratiam, dileccionem et salutem *JN* iuriatur memorie frequenter obliuio et longinquitate sepe fit temporis quod res clara presentibus redditur obscura futuris, et sic interdum contingit quod recisa repullulant, suscitantur sopita, et sepulta resurgunt, sane aduersus obliuionis dispendium de scripture remedio prvdencium cautela prouidit, presertim in illis que propter uitanda grauia pericula animarum perpetua debeant firmitate stabiliri. Hinc est quod propter sugestiones quorundam terciam partem decimarum que olim consuevit decima pauperum vlgariter appellari Ecclesie vpsalensi et eiusdem prelati per omnes tres fuklandias prohibuimus generaliter exhiberi et mandauimus easdem fideliter conseruari, quousque quid iuris super hoc foret nobis pateret euidenter, anno videlicet Dominj. M°. CC°. XC° IX°. Tum quia non constabat nobis

*) Ett annat original, endast genom kommatering afvikande från detta, försedt med blott 11 sigill, finnes, äfven som en ovidimerad afskrift, samt en med Påfven Johannes XXII:s stadfästelse af Påfliga Notarien Arnvidus Johannis d. 1 Dec. 1315 meddelad afskrift.

quo tytulo dicta ecclesia easdem decimas percepit, Tum eciam quia nec nobis innotuit de communi inhabitancium patriam uoluntate, Verum quia litteras super percepcione dictarum decimarum a progenitoribus nostris tam regibus quam ducibus ac alijs maioribus tunc terre principibus quantum spectabat ad eos dimissas ecclesie vpsalensi ac prelati eiusdem, et uidimus et fecimus examinari diligenter. Inuenimusque quod prebende Canonorum quasi omnes super dicta decimarum parte fuerunt ab initio fundate. Accessit insuper communis consensus et uoluntas tam dilectorum consiliariorum nostrorum quam aliorum inhabitatorum patrie quod predicta Ecclesia ac prelati eiusdem memoratas decimas perpetuis temporibus percipere debeant pleno iure. Nos igitur *) predecessorum nostrorum clare memorie videlicet Erixi et waldemari regum Byrgeri quoque et wlfonis olim ducum suecie. Necnon precipue karissimi patris nostri felicis recordacionis Regis Magni, libenter uestigijs inherere uolentes, et potissimum in hijs que ad augmentum diuini cultus spectant, et salutem respiciunt animarum, supradictas decimas memorate ecclesie et prelati eiusdem de consensu consilii, ac maiorum nunc regni nostri, libere resignamus, dimittimus et auctoritate regia in perpetuum confirmamus. Inhibentes firmiter et districte, Nequis decetero prememoratas decimas retinere uel quocumque modo impedire presumat prout offensam regiam uoluerit euitare, Vt autem euidenter hanc nostram constet fore uoluntatem sigillum nostrum maius et consiliariorum nostrorum qui predictis resignacioni dimissioni et confirmacioni interfuerunt sigilla. videlicet dominorum ysari strengienensis et Nicolai arosiensis Episcoporum Thorgilli knutsson Marskalchi nostri, swantæpulk Ostgothorum, Byrgeri vplandie, Magni gregorisson westmannie Leonardi Næricie Philippi Ingualdsson sudermannie Benedicti westgotorum, Kanuti wermalandie legiferorum, Kanuti Jonsson, philippi wlfson. Petri Ragenwaldsson. Gudmari Magnusæson Karoli Thydiskæ et Karoli wlfson presentibus sunt appensa. Actum et datum stokhulmis Anno domini M° CCC° quinto in die beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Sigillen 1—4 borta, hafva hængt på snodder af svart, hvitt, rödt och grönt silke. Af de öfriga 5—17, som alla hængt på pergamentsremsor, finnas endast N:o 9, 11, 13, mer eller mindre brutna; de flesta remsorna till de öfriga sitta qvar.

På det andra originalet hafva 3 Sigill hængt i dylika mångfärgade silkesnören, de öfriga på pergamentsremsor; N:o 3, 10 och 11 finnas i behåll.

*) I andra originalet och vidimation tillägges här: vestigijs, men hvilket ord i det här aftryckta är öfverstruket.